

II n  
4467

PANEGYRICUS  
ÆTERNATURÆ GLORIÆ,  
SERENISSIMO, CELSISIMO  
PRINCIPI DOMINO,  
**DOMINO  
CHRISTIANO  
ULRICO**

.DUCI WIRTENB. TECC. IN SILES. OELSN.  
ET BEROLST. COM. MONTISBELIG. DOM. IN HEID. STERNB.  
MEZB. AURIS.

*PIETATIS JDEÆ, VIRTUTUM ATLANTI*  
Confecratus.

JPSO SEPULTURÆ SER. DIE  
XVIII JUNII

COELO, ORBI, POSTERIS,

*IN GLORIAM, FAMAM, EXEMPLUM*  
*EXHIBITUS*

Æra CHRISTI. MDCCIV.  
AUCTORE

Christ. Alb. de Lenz,  
S. D. W. à C. A.

\*\*\*\*\*

O L S N Æ,

Typis Heinrici Bockshammeri, Aul. Duc. Typogr.



15







SERENISS. PRINCIPIBUS,  
DOMINIS, DOMINIS,

**CAROLO**

**FRIDERICO,**

ET

**CHRISTIANO**  
**ULRICO**

DUCIBUS WIRT. TECC. IN SILES.  
OELSN. AC BEROLST. COMIT. MONTISB. DYNAST. in HEID.  
STERNB. MEZB. AURIS.

*AUGUSTISS. REGIS DANIAE CHILIARCHIS.*

Principibus Natu & expectatione Maximis.

*QUI verè*

SER. Domus Munimenta,

Carissima BEATISS. PATRIS PIGNORA.

Jngentia SER. MATRIS Solatia.

*QUOS*

MAJORUM Magnanimitatem.

AVORUM Prudentiam, GENITORIS Pietatem,

Orbi restitutos

Omnes indubitato sperant,

Cum sincero Voto

*Omnigenæ Felicitatis*

&

*Perpetuæ Salutis*

Mente devotissima

consecrat

Autor,

Vestrum est SER. PRINCIPES, affectu supplere, quod labori deest, & admittere pietatem clientis, nulla nisi humillimæ devotæqve reverentiæ obsequia edoceri, hecatombas votere dum nequeo, licebit vel thure sacrificare.

SERENISS. PRINCIPIBUS,  
DOMINIS, DOMINIS

FRIDERICO,  
CHRISTIANO  
LEOPOLDO

DUCIBUS, WRT. TIC. IN SILES.

AUGUSTISS. REG. D. MARK. CHURCHES.

BRUNSWICENSIS & EXPUGNATIONE MARCHIAE.

1714

GR. D. MARK. CHURCHES.

CANTON. BRUNSWICENSIS & EXPUGNATIONE MARCHIAE.

GR. D. MARK. CHURCHES.

1714

MAJORUM MARCHIAE.

AVOLVM PRINCIPIBUS, DOMINIS, DOMINIS

CANTON. BRUNSWICENSIS & EXPUGNATIONE MARCHIAE.

GR. D. MARK. CHURCHES.

1714

MAJORUM MARCHIAE.

1714

MAJORUM MARCHIAE.

GR. D. MARK. CHURCHES.

1714

1714

VOLVM PRINCIPIBUS, DOMINIS, DOMINIS  
CANTON. BRUNSWICENSIS & EXPUGNATIONE MARCHIAE.  
GR. D. MARK. CHURCHES.







## AUSPICIIS DIVINIS.



Latium immortalitate nominis super æthera notum ,  
primæva illa præcorum mortalium sedes, Regnum  
Saturnium , Heroum , Cæsarum , Regum Mater ,  
cum Urbis æternæ splendorem funestis Cannensi &  
Alliensi cladibus sentiret offuscari , Patres Con-  
scripti ex SC. fatales illos dies in fastis atro notan-  
dos lapillo mandavere , Inscrutabilis divinæ Providentiæ altitudo  
funestâ Oelsnensem Ducatum affixit clade. O moesta dies ! Dum  
præmature , nobis lacrymabili ex ærumnosa hæc vita discessu , ad  
Augustissimum traduxit Ascenditatis Emporium Divina Majestas , su-  
premus vitæ necisq; arbiter , SER. & CELSISS. PRINCIP. DOM.  
DOM. CHRISTIANUM ULRICUM , DUC. WIRT. TECC IN SILES.  
OELSN. AC BEROLST. COM. MONTISB. DYNAST. IN HEI-  
DENH. STERNB. MEZB. AURIS , PRINCEPEM CLEMENTISSI-  
MUM.

O Legem mortalitatis ineluctabilem , ut eos quoque mori  
oporteat , quos esse deceat immortales.

Ingrediens hanc Doloris orchestram horret animus cogitatione  
rei , vox faucibus hæret , ossa contremiscunt , & vel ipsius SER-  
B RENIS.



**RENISS. NOMINIS** memoria mentem recenti luctu tanquam gravissimo quodam sauciata vulnere, tantopere asigit, ut deficient vires, nervique reculent, pressis tenere calamum manibus ad mentis tristi dolorum involuta panno exprimenda cogitata. Quando nil difficilius quam magno dolori paria reperire verba. Cingite o ferales, fatales Cupressi tempora, exprimate luctum, externis designate signis interna mentis adita lacerata hiscere, vix unquam coaliturae moestitiae vulneribus, dolorem suspiriis ostendite & lacrymis, animum vix unius patientem in omnium ærumnarum collocata conspectum, & dolorosi teli iactum. Hæc dum apud sese perpendit animus vix intra justos coerceri potest terminos, quin erumpat. & defunctum ultra vitæ aras ad ipsum usque comitetur sepulchrum.

Respicens ad Lydium humanæ fragilitatis lapidem, nemini datum esse diris fati superare iras, ad hoc Sacramentum nos adactos esse, ferre Mortalia, nec nimium perturbari his, quæ evitare non est potestatis nostræ. In regno sumus nati, DEO parere libertas. Licebit interim citra corruptum livoris & invidiæ affectum immensas Tanti PRINCIPIS, Optimi PATRIS Patris virtutes gratissimam Immortalitatis laude; & pia Recordatione venerari.

Philosophorum Princeps Plato de se triplicem jactabat in mortalitate felicitatem, quod homo, quod in Græcia natus fuerit, quod tempore Socratis vixerit. Rectius tres de SER. Duce prædicare possumus boni ominis in natiuitate indices, quod CHRISTIANUM nasci contigerit, quod prognatus e SER FAMILIA WIRTENBERG, alta mundi scenâ, amplissimo Virtutum Theatro, e qua tanquam ex equo Trojano fortissimi descendere Heroes, prudentissimi progeniti Germaniæ Atlantes. Tertio quod vivente natus SACRATISS. JMPE. RATORE. LEOPOLDO. cui sit vita diuturna, & æterna Majestas. Nota omnibus Sangvinis Wirtenb. antiquitas & splendor, Postem producere ALBERTUM pacificum, EBERHARDUM sapientem, ULRICUM constantem, FRIDERICUM belli fulmen, omnes æternaturæ Gloriæ Candidatos, quorum gestorum magnitudinem dum intuetur orbis, infinita

infinita ab iis admiratur aeta, & in puro DEI cultu veneratur gen-  
tilitiam CELS. Familiae Pietatem. Tales se omnes ad votum for-  
mavere patrie (Germaniae, quales Roma voluit Fabios, Graecia  
genuit Achilles, Carthago deploravit Hannibales. Prognatus  
SER. Dux sanctissima siderum conjunctione die IX. April. An-  
no CHRISTI MDCLII, Patre Seren. SYLVIO Duc.  
Wirt. ad cuius gloriae Odysseam novo opus esset Homero, Matre  
SER. MARIA ELISABETA DUC. MUNSTERBERG. e regio Podie-  
bradorum stemmate oriunda, quam nec vota fingere potuissent  
meliozem, cuius celebrandis laudibus impari me silere jubet tanti  
Nominis veneratio. Felicissima astra intra bonae fortunae domum  
ortum fecere Illustrem, cui recluso naturae sinu se panderet stellan-  
tis Phoebe Regia, sol & ipsa sidera toto fulgentia caelo.

Milleque Fortunas radiis promittere Nato.

Ablutus sacrae Baptismatis unda cum lacte Zelum sugere coepit ve-  
rae pietatis & Religionis. Dum

Omnis in ASCANIIS tunc stabat cura PARENTUM

SER. CHRIST. ULRICO formando in studiis & exercitiis Principe  
dignis ipsa Sapientia molitricem admovebat manus. SER. FRATRIBUS  
pientiss. Memor. associatus duodecimo aetatis anno Juventutis Prin-  
ceps Musagetes ad amplissimum Musarum in Suevia Prytaneum Tub-  
bingam profectus, aptam perficiendae virtuti Scholam. Sed prohi-  
dolor! Fatum iniecit telum, & in teneris aetatis suae annis Optimo  
PATRE SEREN. privavit SYLVIO. Inter haec Oelsensis Coeli pro-  
cellas, & decumanas adversitates CELS. MAR, ELISAB. prudentia,  
DEO auspicante, inter miros humanae fortunae Tropicos, bene ad-  
ministrato Ducatu orbis universi meruit applausum. Absoluto  
Tubingae Studiorum curriculo Consensu CELS. DNE MA-  
TRIS Leidam SER. FRATRUM Triga abiit, ut in studiis,  
& exercitiis in majus adolescerent, ubi statim apparuit excelsa-  
SER. CHRIST. ULRICI anima. Cum & antiquitate generis, &  
Majorum gloria vel maxime floreret eaque esset aetate; ut non  
solum



solum de eo bene sperare, sed & considerare Silesia posse, sui talenti futurum, qualem postea cognitum iudicavit.

Apparebat in eo Summa Ingenii docilitas, quod celeriter, quæ tradebantur non solum arripiebat, sed & in succum & sanguinem convertere sciebat.

Anno MDCLXVIII. reversurus in patriam in aula Ser. Landgr. Hassiæ carissimum suum Fratrem Celsiss. PRINC. CAROL. FERDIN. præpopero fato amisit. Peractis studiis & peregrinationibus A. MDCLXXII. Ser. Dux. CHRIST, ULRICUS Berolstadtii regiminis capessiebat gubernacula, virtutum Principem Pietatem pro apice & rerum gerendarum nervo habens, benignus pietatem esse vinculum, per quod Respublica coheret, & Spiritum illum vitalem, quem omnes trahunt. futuri per se onus & præda, si Mens hæc regiminis subtrahatur. Flagrantem Vesuvium Francisc. Cardinalis Homodei Emblematis loco pringi curavit, cum Epigraphic. Ego semper nutrio flammâs. Diva Ser. CHRISTIANI DUCIS anima Vesuvii ad instar æternos devotissimæ pietatis ignes in sese fovebat, sic multa evenerunt prospera Deum colenti, cœu adversa spernentibus. Ambrosius de Imperatore Theodosio annotavit, Majorem ipsum curam de Ecclesiæ statu moribundum habuisse, quam de aula & Oeconomia. Celsus, defuncto Duci Summa semper ratio pro religione & pacato fuit Ecclesiæ statu, dum in Memoriam sæpe revocavit verba Leonis I. Pontif. ad Leonem I. Imperatorem, potestatem ipsi concessam, non solum ad terræ regimen, sed primario ad præsidium Ecclesiæ. sic cœlestem Ducem Deum vidimus fœderatum habuisse Ducem terræ, ut Johannes Episcop. Antiochenus exclamavit.

Post DEI cultum & veræ Religionis Zelum summa ipsi cura fuit servire CÆSARI quæ in re Ser. MAJORUM gloriam, qui vitam & sanguinem pro AUGUSTISSIMA DOMO REGNATRICE effudere, maxima adauxit laude. In recenti sunt memoria labores ejus in publicis SILESIA Comitibus, summe salutaria pro incremento gloriosissimæ Domus



DOMUS AUSTRIACÆ consilia. Hunc magna apud SACRATISS. CÆ-  
 SARUM valebat gratia, qui impense æstimavit tantum Consilii,  
 Prudentiæ & experiētiæ LUMEN. A Politicis iustitia nominatur sol  
 regiminis, sane hæc Virtutum Regina totam irradiavit Beatissimi  
 DUCIS mentem, suprema ipsi lex erat Salus subditorum & civi-  
 um, cum Cyro reliquit de se famæ verba. Nullas Principi opes pul-  
 chriores, quam Pietatem & Iustitiam, fundamentum perpetuæ  
 Commendationis, hinc etiã symboli loco usus, pietate & Iustitia  
 Principes Dū sunt. Sed temperavit eandem clementia & benigni-  
 tate, Rectorem se & cives cogitans, non dominationem & servos, re-  
 spiciēstanquam in speculo Exemplum Divi EBERHARDI DUCIS Wir-  
 tenb. in publico multorum Principum congressu gloriantis, unicum  
 imperantis esse in expugnabile munimentum, amorem subditorum,  
 & se tutò posse dormire in cujusvis suorum sinu, quod omnibus  
 fortissimis castellis, invictissimis præferbat militum copiis; Ser.  
 DUX CHRISTIAN ULLRIC. Imperatori Trajano similis, ita fecit  
 privatis Princeps, quod sibi a Principe fieri privatus voluisset, nam  
 utilissimus & brevissimus rerum bonarum malarumque delectus,  
 quid sub alio Principe volueris aus nolueris.

Magnanima SER. DUCIS anima divinã instructi prudentiã ad  
 omnes qualescunqve parata casus, ceu virtutum viva imago, nec  
 secundis se cvedi, nec adversis se diminui passa.

Triplicem Ser. CONJUGUM jacturam, Cels. MATRIS & tot JLLUS-  
 TRIS. rum obitum æqvissimo tulit animo, ut Senecæ verbis utar. Ecce  
 par DEO dignum, VIR fortis cum mala fortuna compositus. Sic  
 domesticas calamitates sub jugum patientiæ mittere, propria  
 erat Tanti DUCIS virtus, cujus nunquam molle documentum,  
 & magnum exemplum nisi mala fortuna non invenit. Cura  
 educationis Seren. Principum vel maximè ipsi fuit Curæ, & nil-  
 magis in votis habebat quam illos tales formari, quales DEO Sacrat.  
 CÆSARJ, SER. FAMILIÆ, PRINCIPATUI, subditis, urbi & orbi, ser-  
 vitio, ornamento præsidio, decori ipsa salus publica optare possent

in ore sæpe habuit a bona Principis institutione, omnis fut ira dependet Felicitas, & Principes, qui prolis educationem negligunt, Rempublicam negligunt, minora esse belli damna, quam pravæ institutionis, illa ad tempus durare, hanc quo ad vivit Princeps. Hinc Prudentissimo consilio ad Regiam & Electoralem Viadrinam Academiam bigam Principum Juventutis cum tenerrima paterni amoris adhortatione ablegavit. Cui factò DEUS suum largiatur divina benedictione pondus.

De tenerrimo, erga Ser. DUCISSAM, Cels. Princip. LUISAM & AUGUSTAM amore & affectu quid dicam? Vidimus in agone & mortis lucta insignem & sine pari pietatem, quæ ex SER DUCIS vultu, qui allas Sereni cœli instar erat & nitentis, velut tacitus quidam mentis interpretes eminebat, mortem esse ipsi congruam, separatissimum divino obedire mandato, at hoc unum esse durum, dilectissimam DUCISSAM, partem animæ dimidiatam suæ & carissimam pignora fato jubente relinquere, & ultimum in hoc orbe illis vale dicere. Liberalitati Divi CHRISTIANI Ducis, virtutem, qua nil naturæ hominis commendatius, totus applaudit orbis. Historiarum memorant de Tiberio II. Imperatore, ob nimiam erga pauperes liberalitatem ab Imperatrice objurgatum fuisse, sed regiæ & egregie respondisse Cæsarem, non defuturam fisco & Cameræ pecuniam, quoad ipsi Christi sequens præcepta in Cœlo Thesauros colligeret, egenorum supplendo defectus, pariter. Cels. DEFUNCTIS neminem pauperem tristem a facie sua dimisit, securus benedictionis cœlestis. Eternitati nominis consultit princeps, qui Musas fovet, sub quo sanguinem & Spiritum bonæ recipiunt literæ, perdidit Oelsnensis Parnassus suum Apollinem, Lubet Intueri suppellectilem librorum raræ & eruditissimæ etiam exterorum idiomatum voluminibus magno constantem numero, propriis comparatam summis. Quisquis respexerit cimeliarchion antiquissimis Græcis, Romanis, aureis, argenteis, æreis Varii moduli, ut & curiosis modernis refertissimum numismatibus, venerabitur Magnum Magni Principis ingenium, cujus secreta delectatio (rarum in Principe deus)



cus) & hoc antiquitatis vel curiositatis delectari studio Admirentur alii superba arcuum Triumphalium decora, excelsa Pyramidum e Niloticis Aegyptiorum Hypogæis eruta fastigia, jactet Roma Obeliscos, Colisea, licebit SER. DUCEM gloriose Memoriz & Architecturæ scientissimum præsentare Principem. Ante oculos omnium stant palatia ab eo magnis condita impensis, ornati exquisitissimis floribus horti, ut Italici Paradisi partem, & quidquid vel Cardinal, Montalti Romæ, Marchionis Obizi Paduano in agro, Principis Doriz Genuæ, decori habent viridaria, in compendio quasi Intueri liceat. Sic prosperam, quæ Principi insatiabiliter paranda, sibi paravit æterna cum Laude gloriam. Ceteris enim mortalibus in eo stat fortuna, quid sibi conducatur, principum diversa fors, quæis omnia ad famam dirigenda.

Tantæ præditus virtutibus & morbo oppressus die V. April. Anno MDCCIV. ad meliorem migravit vitam SER. DUX. CHRIST. ULRICUS, Heros vita longiori dignissimus. ut sane velut multorum virtutes expressit, unus & superavit ita multorum mercaturæ vitam, nisi natura comparatum esset, ut ipsam mortis atrocitatem solaretur æqualitas. Virtutes ejus loquitur orbis Famam præstabit æternam æternus historiz Genius. Tu proinde radiate mundi Titan, dic sub aurorâ positus Sabæis, dic sub ocausu positus Jberis, & qui Ferventem patiuntur axera, quicquæ sub plastro habitant uris, dic ad æternos properasse manes SER. DUCEM CHRISTIANUM ULRICUM. Ah! Cecidit Corona Capitis nostri, Abiit clypeus, qui salutem nostram protexit. O Oculis navis adinstar in calamitatum Syrtes, infortunii abrepta Euripos ad caput bonæ spei nau, fraga nauclerum perdidisti & Gubernatorem, omnis ætatis & memoriz clarissimum Principem. Parietes squallent luctu, aula sonat nœnias, Ecclesia gerit Syrma. Sed Tua Divæ CHRISTIANE coclo-recepta mens. O. felix TIBI fatum, TUA res in vado, Corpus tegit terra, anima plaudit cælo. Virtutum, operumque Tuorum gloriam ad æternitatis famam rerum hominumquæ custos servat memoria. Fructa æternis siderum delitiis. Vive in conspectu Dei, in sinu Abrahamæ.  
Finis




EX Th 4467

X3380855

Finisti vitæ fabulam; peregristi cum laude, deposuisti cum gloria.  
Vale, æternumqve vale.

Divinæ Majestatis Omnipotentia reducturæ serenitatis argumen-  
tum vclut bonæ spei promontorium, & fortunatæ insulæ incre-  
mentum Salvam Conservet sospitemq; SEREN. DUCISSAM VIDU-  
AM SOPHIAM, divinosistat solatio, Ser. Principibus CAROLO FRID.  
& CHRIST. ULRICO vitam largiatur diuturnam, seram Immorta-  
litem. Cels. Pr. Sorores LUISAM & AUGUSTAM radiantes  
Oelsnences) stellas nulla malignior invadat aura, eveniat ipsis felici-  
tas, præveniat vota. DEUS O. M. conservet totam SER. WIR-  
TENBERGICAM FAMILIAM, diu ut liceat intueri fulgorem, quo  
seculi illustratur gloria, venerari insignia queis prosperitas nititur  
Principatus, adorare purpuram, quâ subditorum salus involvitur,  
felicia illa intueri sidera, quæ Cels. DOMUL benigna portendunt  
fara, nil in penatibus ejus mortale, nihil malignæ pervium fortun-  
næ, ejus felicitas mediam quasi æris & infortunii supergressa regio-  
nem, hinc inde fulminantes in Europa Bellonæ facces & coroscantia  
Mavortis tela spectet periculi expers & secura.



nc



II n  
4467

PANEGYRICUS  
ÆTERNATURÆ GLORIÆ,  
SERENISSIMO, CELSISIMO  
PRINCIPI DOMINO,

DOMINO  
CHRISTIANO  
MILRICO

LENÆ, TECC. IN SILES. OELS. N.  
COM. MONTISBELIG. DOM. IN HEID. STERNB.  
MEZB. AGRIS.

IN FIDEI, VIRTUTUM ATLANTI  
Confecratus.

IPSO SEPULTURÆ SER. DIE  
XVIII. JUNII

COELO, ORBI, POSTERIS,  
GLORIAM, FAMAM, EXEMPLUM  
EXHIBITUS  
ÆRA CHRISTI. MDCCLIV.  
AUCTORE

Christ. Alb. de Lenz,  
S. D. W. à C. A.

\*\*\*\*\*

O L S N Æ,

apud Heinrici Bockshammeri, Aul. Duc. Typogr.

